

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3. Vtrum debuerit prædicare publice, vel occulte.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](#)

curarent, arguendi et
populo effient publice,
cum tali modestia
ut falsus verisimiliter
populi sequi posset,
ita tamen ut si prae-
cations officium fibi
incumbit ex prela-
tione debito super
illos, non timeat il-
los. Jo. 15. scandalum: quo
nia quasi parva fute,
corrumperet populi
mores sic, & ex ma-
nitia. Si autem praefatu
latus eorum non est,
superiorem illorem
debet et prius conti-
nere. Et hinc dico, si in
specie debetet ma-
iores reprehendere pu-
blice, ex infirmitate
publice concubinas
tenentes. Et horum
ratio est quia hic non
aperte ex propostio-
ne ad malum multitudi-
nis: & multitudini
plerumque sufficien-
ter prouideatur, si in
genere peccatum il-
lud reprehenditur, &
quod non excusat
se sequentes mala
exempla, & huiusmo-
di. Si autem ex soror
publico peccato fa-
tus non periclitatur
multitudinis, relin-
quendi sunt superio-
rius suis, si habent
vel fibi ipsi corrigent
di in speciali: ecce
enim ratio publicae
correctionis agendae
cum offensione ma-
jorum.

¶ Super Questionis
quadragefimae secundum
de Arisculum ter-
tium.

Titus clarus.
In corpore est
distinctio trimē-
bris quo ad principia
la membrā: quia ta-
men primum subdi-
stinguitur, confor-
gunt quatuor mem-
bra, & per hoc qua-
tuor conclusiones sin-
gula iuxta singula
membra. Distinctio
est: Doctrina potest
esse in occulto tripli-
cite, vel quo ad intē-
zionem, & hoc dupli-
citer, aut ratione ini-
micitia: vel quo ad
discipulos, vel quo
ad modum. Prima co-
clusio est: Doctrina
Christi non fuit oc-
cultā, secundum intē-
zionem ratione ini-
micitia. Secunda, Non
fuit occulta ratione
immunditia. Tertia,
Non fuit occulta quo
ad paucitatem disci-
pulorum. Quarta,

guēdū: sicut & Daniel dixit Dan.
13. Inueterate qierum malo-
rum &c.

ARTICVLVS III.

Vtrum Christus omnia publice doc-
re debuerit.

AD TERTIVM sic proce-
ditur. Videntur, quod Chri-
stus non omnia publice docere
debuerit. Legitur enim multa
seruum discipulis dixisse, sicut
parat in sermone cœna. vnde &
Marth. 10. dixit, Quod in aere
audistis in cubilibus, prædicabitur
in tecis. non ergo omnia
publice docuit.

¶ 2 Prat. Profunda sapientia nō
sunt nisi perfectis exponenda, se-
cundum illud 1. ad Cor. 2. Sapi-
entiam loquimur inter perfectos:
sed doctrina Christi continebat
profundissimam sapientiam. nō
ergo erat imperfecta multitudi-
ni communicanda.

¶ 3 Prat. Idem est, veritatem ali-
quam occultare silentio, & ob-
scuritate verborū: sed Christus
veritatem, quam prædicabat, oc-
cultabat turbis obscuritate ver-
borum: quia sine parabolis non
loquebatur ad eos, vt dicitur
Mat. 13. ergo pari ratione pote-
rat occultare silentio.

SED CONTRA est, quod ipse
dicit Iohann. 18. In occulto locu-
tus sum nihil.

RESPON. Dicendum, quod do-
ctrina alicuius potest esse in oc-
culto tripliciter. Vno modo,
quantum ad intentionem docē-
tis, qui intēdit suam doctrinam
non manifestare multis, sed ma-
gis occultare: quod quidem cō-
tingit dupliciter, quandoque ex
inuidia docētis, qui vult per suā
scientiam excellere, & ideo sciē-
tiam suam nō vult alijs commu-
nicare; quod in Christo locum
non habuit, ex cuius persona di-
citur Sapien. 7. Quam sine fictio-
ne didici, & sine inuidia cōmu-
nicō, & honestatem illius non
abscondo. Quandoq; uero hoc
cōtingit, propter in honestatem
eorum, qua docentur: sicut Aug-
ust. * dicit super Iohann. q; quā-
dam sunt mala quā portare nō
potest qualiscumque pudor hu-
manus. vnde de doctrina hæ-
reticorum dicitur, Prou. 9. Aquā
furiū dulciores sunt. Doctrina
aut Chri nō est neq; de errore,
neq; de immunditia. & ideo Dñs
dicit Mat. 4. Nūquid venit lucer-

4 na, id est, vera & honesta doctri-
na, vt sub modo ponatur? Alio
modo, aliqua doctrina est in oc-
culto, quia paucis proponitur,
& sic Christus etiā nihil docuit
in occulto: quia Christus omnes
doctrinam suam vel turbæ toti
proposuit, vel omnibus suis dis-
cipulis in communī. Vnde Au-

gust. * dicit super Ioh. Quis in oc-
culto loquitur, qui coram tot
hominibus loquitur, præstans
si hoc loquitur patetis, quod per
eos uel innotescere multis?

Tertio modo, aliqua doctrina
est in occulto, quantum ad mo-
dum docendū. Et sic Christus q̄d
dam turbis loquebatur in occul-
to, parabolis vēns ad annūtā-
da spiritualia mysteria, ad quā ca-
pienda non erant idonei uel di-
gni. Et tamen melius erat eis, uel
sic sub tegumento parabolā, sū-
piritualium doctrinam audire,

C quā omnino ea priuari. Harū
tamen parabolā apertā &
nudam ueritatem Dominus di-
scipulis exponebat, p̄ quos de-
uenient ad alios, qui esent idonei,
secundum illud 2. Tim. 2. Que
audist a me per multos testes,
hēc commenda fidelib⁹ homi-
bus, qui idonei erunt & alios
docere. Et hoc signatum est,

Num. 4. vbi mandatur, quod filii Aaron inuolueret
uasa sanctuarī, quā leuita inuoluta portarent.

DAD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Hilas
dicit super Mat. exponē illud uerbum inductum:

nō legimus Dominum solitum fuisse noctibus fer-
mocinari, & doctrinam tradidisse in tenebris: sed
hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tene-
brā sunt, & uerbum eius infidelibus nox est. Itaque
quod ab eo dictum est inter infideles, cum liberta-
te fidei & confessionis est loquendum. Vel secun-
dum Hieron. * comparatiue loquitur: quia uidelicet
erudit̄ eos in paruo Iudea loco, respectu totius

mundi, in quo erat per apostolorum prædicationē
doctrina Christi publicanda.

EAD SECUNDVM dicendum, quod Dominus non
omnia profunda sua sapientia sua doctrina manife-
stauit, non solum turbis, sed nec etiam discipulis,
quibus dixit Iohann. 16. Aduic multa habeo uobis di-
cere, qua non potestis portare modo: sed tamen
quācumq; dignū duxit alijs tradere de sua sapientia,
non in occulto, sed palam proposuit, licet non ab
omnibus intelligeretur. Vnde Aug. * dicit super Iohann.
Intelligendum est, ita dixisse Dominum, Palam lo-
cutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierūt;
& rursus non erat palam, quia non intelligebant.

AD TERTIVM dicendum, q; turbis Dominus in para-
bolis loquebatur, sicut dictum est, * quia nō erant
digni nec idonei in ueritatem accipere, quam di-
scipulis exponebat. Quod autem dicitur, q; fine pa-
rabolis non loquebatur eis, secundum Chrys. * in-
telligendum est quāntū ad illū sermonem, quānus

alias sine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel
secundum August. † in lib. de Quæstionib. euang.
¶ Super

Fuit occulta, quo ad
modum in quibusdam
respectu quo-
rundam, scilicet ple-
bis immediate: quia
medianibus Apo-
stoli reuelanda. Om-
nia clara sunt in li-
tera.

¶ Et aduerte, quod ad
literam Christus pa-
lam docuit & in oc-
culto nihil, ut ipse te
stans est: tum quia
quicquid docuit, uo-
luit palam fieri: tum,
quia nihil alienum
ab his, quā publice
docuit, ad partem tra-
didit. Et si omnia ad
literam confona inue-
niuntur, scilicet ser-
mo cœna, & domi-
plures, & in monte
transfigurationis; &

Quod in aere audi-
fis, & Nicodemo, &
Samaritanæ, & humi-
modi. Sic enim secun-
dum communem ho-
minum intellectum;

verificatur uerba do-
mini ad pontificem
interrogantem de do-
ctrina eius, & sic co-
gnita doctrina eius
publice tradita, nihil
restabat examinādū;
quia nihil alienum a
publice tradita do-
ctrina docuit.

Can. 10. in
Mat. parum
a medio.

Super ver-
bum Matt.
citatum in
arg. tom. 9.

Tract. 113. in
Ioh. in medi-
o illius to. 9.

In corp. art.
Homer. 98. in
Marth. circa
prin. illius
tom. 2.
In lib. q. 6.
ex Marth. c.
15. tom. 4. in
princip.

QVAEST. XLII.

**¶ Super Questionis
quadraginta secundum
Articulum quartum.**

Titus clarus. In corpore duo. Primo respondetur quod est unicū conciliatio. Secundo, referuntur quādam ex August. Conclusio eis: Conueniens fuit Christum doctrinam suam non scripere. Probatur tripliciter.

¶ Vbi adiure in prima ratione ex dignitate doctoris dignissimam modum docendi concludit? Primum est, q̄ modus docendi dividitur in duo, scilicet uerbo vel scripto. Et excellentior ponitur modus docendi solo uerbo, ea ratione, quia immediatius perducit ad finem: cum enim finis doctoris sit imprimere doctrinam suam in mentibus auditorum, qui solo uerbo id facit, excellenti modo efficit, quam qui uerbo in scriptis redacto, idem efficeret. Secundum est, quod Socratem nihil scripsisse, sub proprio nomine intelligentium modum est: quoniam tradidit ipsius sub Aelopi nomine. Aelopi fabulas scripsisse, coactus, ut ipse aiebat, ad hoc a suo domino: in cuius signum Plato in phasone Socratem introducti moritum, non se contumuisse ab Aelopo cōstrictrō fabulam.

¶ Sed occurrit hic dubium; quia tertia ratio aduersatur primū: nam tercia fundatur super ordine, quo Christi doctrinam peruenire debet ad omnes, scilicet mediantebus quibuscū: prima autem fundatur super immediateō inter doctorem & discipulum. Hac enim fibijnacē aduersari patet, nam si immediate, ergo non ordine quādam: & si ordine quādam, ergo non immediate.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ unaqua ratio vera, & efficax est ad diuerlos relata. Nam prima ratio respicit

hoc dicitur, non quia nihil propriū locutus est, sed quia nullū sermōnem explicauit, ubi non per parabolam aliquid significauerit, quāmis in eo aliqua proprie dixerit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Christus debuerit doctrinam suam scripto tradere.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur q̄ Christus doctri nā suam debuerit scripto tradere. Scriptura enim inuenta est ad hoc, q̄ doctrina commendetur memoriarū in futurū: sed doctrina Christi duratura era in aeternū, secundum illud Luc. 21. Ceterum & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt. ergo videtur quod Christus debuerit suam doctrinā scripto mandare.

¶ 2 Prat. Lex uetus ī figura Christi p̄cessit, s̄m illud Heb. 10. Vmbra habens lex futurorum bonorum: sed lex uetus a Deo fuit descrip̄ta, s̄m illud Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata, quae scripsi. ergo videtur q̄ etiā Christus doctrinam suam scribere debuerit.

¶ 3 Prat. Ad Christum qui venerat illuminare bis, q̄ in tenebris & umbra mortis sedent, vt dicit Luc. 1. ptinebat erroris occasiones excludere, & uiā fidei aperire: sed hoc fecisset, doctrinā suā scribendo: dicit enim Aug. * in 1. de cōfessu euang. q̄ solet non nullus mouere, cur ipse Dñs nihil scriperit, vt alijs de illo scriberentur necesse sit credere hoc. illi, & maxime pagani querunt, qui Christū culpare aut blasphemare nō audent, eique tribuit excellentissimā sapientiam, sed tāquā homini. Discipulos vero eius dicunt magistro suo amplius tribuisse, q̄ erat, vt eum filium Dei dicerent, & verbū Dei p̄ quod facta sunt oīa. Et postea subdit, * Videntur parati fuisse hoc de illo credere, qd̄ de se ipse scripsisset, nō quod alij de illo q̄ suo arbitrio prædicassent. ergo vt quod Christus ipse doctrinā suam scripto tradere debuerit.

Sed contra est, quod nulli libri ab eo scripti habentur in canonice scriptura. Respon. Dicendum, conueniens fuisse Christum doctrinam suā non scripsisse. Primo quidē, propter dignitatē ipsius. Excellentior enim doctori excellentior

F modus doctrinæ debet. & ideo Christo tamquam excellentissimo doctori hic modus competebat, vt doctrinam suam auditōrum cordibus imprimeret. Propter quod dī Matth. 7. p̄ erat doceens eos, sicut potestatē habēs. Vnde etiam apud gētēles Pythagoras & Socrates, qui fuerūt excellentissimi doctores, nihil scribere voluerunt. Scriptura enim ordinatur ad impressionem doctrinae in cordibus auditorū, sicut ad finem. Secundo, propter excellentiam doctrinæ Christi, quæ literis comprehendit nō posset, s̄m illud Ioān. v. 1. Sūt & alia multa quæ fecit Iesu, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundi capere posse eos, qui scribēdi sunt libros: quos sicut Aug. dicit, * non spatio locorum credēdum est mundum capere nou posse, sed capacitate legentum comprehendit nō posse. Si autem Christus scripto doctrinam suam mādasset, nihil alius de eius doctrina homines astimarent, q̄ quod scriptura cōtinaret. Tertio, vt ordine quādā ab ipso doctrina ad omnes pervenire, dum ipse scilicet discipulos suos immediate docuit, q̄ postmodum alios uerbo & scripro docuerūt. Si autem ipsem scripsisset, eius doctrina immediate ad omnes pervenisset. vnde & de sapientia Dei dī, Proverb. 9. q̄ misit ancillas suavoscare ad arcem. Scīdū tamē est, sicut Aug. * dicit in 1. de cōfessu euang. aliquos gētēles existimasse Christum quādā libros scripsisse, continentēs quādā magica, quibus miracula faciebat, quæ disciplina Christiana condēnat. Et illi tamē, qui Christi libros tales legisse affirmāt, nulla talia faciunt, qualia illū libris talibus fecisse mirantur: diuinō enim iudicio sic errat, ut eosdē libros ad Petrum & Paulum dicat tāquā epistolari titulo prānotatos, eo q̄ in pluribus locis simul eos cū Christo p̄ictos iuderunt. Nec mirum, si a pingentibus fingentes decepti sunt: toto enim tempore quo Christus in carne mortali cum suis discipulis uixit, nondum erat Paulus discipulus eius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod, sicut Aug. dicit in eodem libro, omnibus discipulis suis tamquam membris sui corporis Christus caput est. Itaq; cum illi scripserunt, quæ ille ostendit & dixit, nequaquam dicendum est,

doctrinam Christi spēctu discipulom, qui ex proprio Christi ore edoti sunt. tertia autem respicit doctrinam Christi respectu universorum, quocumque tempore a Christo discutit. Et respectu illorum immediato excellenter est, vt prima ratio sonat; respectu autem universorum, ordo excellenter est, ut ad alios medianibus quādā perueniat doctrina, ut tercia affinitas ratio. Nulla ergo est controveria inter rationes sane intellectas.

¶ In hac conclusione adiure, quod non minima est conclusionis ratio, ut Christus etiam in doctri modo, monstraret se esse nūm Deum. Solus quippe esse Dei comprobatur experientia & auctoritate, docere universum orbem ea, quæ religiosis atque morum, tonitrua uite etiam post corporis mortem futuræ ab illis scriptura propriā, renelandio ac tradendo quæ ab alijs scribenda sunt.

Sic enim uidemus Deum. & naturalia per lumen naturale nos docere, iuxta illū: Multi dicunt, Quis oftenfit nobis bona? & respondentur. Signatum est super nos lumen uuln̄i uī domine &c. quo lumine sunt illustrati qui bene de natura, de moribus, & huiusmodi scripserunt, & supernaturalia nobis tradere per lumen insulū, ut credimus de prophētis, qui scripserunt.

Similiter enim Iesu Christus per seipsum & exterius, & interiori docuit Apóstolos, qui lumen insulū sūli scripserunt: aperuit enim illis lumen, ut intelligenter scripserāt, & spirituālētē lumen mentes eorum illustrant, ut docerent uerbo & scripto reliquias.

Debet ergo Christus nihil scribere, ut ex hoc sua doctrina in Deo doctrina mos straretur.

¶ Est etiam ex eodem deitatis capite alia ratio,

**Ad Heb. 8.
Iēs. 2. in fin.**

**Lib. 1. cap. 7.
ante med.
tom. 4.**

**Bod. II. 1. de
cōfessu euā
ge. c. 7. circa
med. tom. 4.**

Tract.
ex parte
non posse
a fine.

Lib. 1. cap. 4.
10. folio 4.

Ordo
folio 3.
folio 4.
folio 5.
folio 6.